

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Ob innumeros thesauros meritorum & coronarum in cœlo, magnificiendus
est Status Religionis. Cap. V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](#)

ligione suos ad perfectiorem charitatem proximorum excitante frequentior est usus. Ideo S. Martyr Cyprianus ponderans magnum dolorum Matris Machabaeorum videntis ante lectricidati filios ait: Admirabilis mater, quae nec sexus infirmitate fracta, nec multiplici orbitate commota, morientes liberos spectauit liberem, nec ponas illis pignorum sed glorias computauit, tam grande martyrium Deo prabens virtute oculorum suorum, quam probuerant filii eius tormentis. & passione membrorum.

41. Nondum sunt Martyres illi Religiosi, qui ex charitate exponunt se probabili periculo mortis, vel tempore belli iusti, vel tempore pestis, non deferendo ibi morientes, sed assistendo illis.

S. de S. Martino. Magnum prouersus est martyrij genus, inquit B. Laurentius Iustinianus, ultra & pro Christi honore dare periculis. Audi sine ferro martyrem, ex sola charitate morientem. Quodiu& maior propter gloriam vestram. Ideo in Martyrologio Romano 28. Febru. haec leguntur verba: Alexandria commemoratione sacerdotum Presbyterorum, Diaconorum & aliorum plurimorum, qui tempore Valeriani Imperatoris, cum pestis sexagesima graffaretur, morbo laborantibus ministrantes, libentissime morienti oppetiere, quos velut Martyres Religiosi priorum fides venerari confuerunt. De quibus celebris ille S. Dionysius Episcopus Alexandrinus, multa scribens, haec etiam habet:

apud Eu- hist. c. 16. Ex Patribus qui virtute erant praestantissimi, in hunc modum mortem oppetuerunt, ad eum ut istud mortis genus, quod propter incredibilem piетatem & robustam fidem suscipiebatur, nihil à Martyrii splendore abesse videretur. Benè ergo dixit S. Barlaam S. Iosaphat, teste S. Ioanne Damasceno in eorum vita: Religioso animo ad voluntatem Martyres, eà gloriā, quam cruenti Martyres obtinunt minimè carere.

42. Dixi suprà, Religiosos aliqua re superare Martyres cruenter, suis martyriis incurvantur: quia diutius tolerant supra dicta martyria sua sine sanguine. Martyr fuit, inquit B. Petrus Damiani, S. Johannes Evangelista, quia multa pro Domino persecutionum supplicia perulit. Martyr fuit, quia crucem Domini (licut Religiosi faciunt) per sui corporis afflictionem & proximorum errantium compassionem diu vinendo portauit, & quod ceteris Apostolis in carne prolixius manet, eò durioris martyrij tormenta sustinuit. Mortuus est enim S. Ioannes Evangelista Anno Christi 101. 93, sua extatis, ut Baroniūs colligit ex S. Epiphaniō. Genus martyrij est, inquit S. Bernardus, spiritu facta carnis mortificare, non illo nimis quo membra ceduntur sero, horrore quidem mitius, sed diuturnitate molestius.

Hanc veritatem confirmauit B. M. Magdalena Pazzia, quae in quodam raptu, quem habuit SS. Innocentum die sic dixit: Sunt Religiosi similes Innocentibus in Martyrio: quia eti⁹ iugum illorum sit suauissimum ferentibus, amantibus nihilominus potest appellari gloriosum martyrium, quia adserit continuam afflictionem illis, qui volunt obseruare in-

teram illam puram obseruantiam religiosa vite, tam sanctorum votorum, quam aliarum ordinationum. Sunt quidem isti puri innocentes superiores Religiosi, in quantum re ipsa dederunt vitam, & sanguinem pro Iesu, sed superatis sunt, in quantum illorum martyrum transiit in uno momente, hoc vero Religiosorum durat diu. & semper est martyrium: & quia illorum martyrum non fuit voluntarium: hoc vero Religiosorum integrâ voluntate est acceptatum, & amatum. Et talia martyria incurvata, quæ in Religione quotidie sustinentur ob diuturnitatem, sunt maximimi meriti apud Deum. Vnde Richardus Victorinus, quem & S. Thomas, & S. Bonaventura in Psal. 118. citare solent, ad confirmandas suas, autoritate eius doctrinas, ponderans illa verba Psalmi 43. Propter te mortificam rata die: Quare, inquit, mortuus non creditur, qui tota dies mortificatur & a fortis, quia non dixit. Morimur, sed mortificamur: Scimus tamen, quia in Dei oculis maioris merit⁹ est, sepe mortificari quam mori. Nonne mortis Martyrum tandem erat preiosior, quam mortem precedens pana prodicior? Quibus volentibus mori, non dabatur occidi.

CAPVT QVINTVM.

Ob innumerous thesauros meritorum, & coronarum in celo, magnificandus est status Religiosus.

Decima Causa

OB quam magnificandus est status Religiosus, est materia perpetuū congregandi merita vita æternæ, & præparandi sibi coronas innumeratas in celo, quæ bona status secularis non confert. Fieri quidem potest, inquit S. Ioannes gr. 1. Climacus, ut is, qui seculi negotiis & ferreis curis se deuinxit, incedat, sed non libere. Nam & hi quorū pedes ferro compediti sunt, sepe incedunt, & semper offendunt, vulneraque suscipiunt. Is quidem, qui sine uxore in mundo degit, solis negotiis obligatus, ei simili est, cui ferreis nesciibus manus circumligatae sunt: id eoq; si ad solitariam vel monasticam vitam currere voluerit, non prohibetur. Qui vero uxori coniunctus est, ei qui iunctas habet manus & pedes, simili videtur. Quocirca S. Gregorius Papa explicans illa verba, S. Iob: Ambulabunt in vacuum & petibunt. cap. 13. In vacuum, inquit, ambulant, qui nihil secum de fructu laboris portant. Alius namq; adipiscendis honoribus infundat, aliis multiplicandis facultatibus æstuat, aliis promendit laudibus anhelat. Sed quia haec cuncta quisque moriens deserit, labores in vacuum perdidit, quis secum ante indicem nihil tulit.

Ostensa est haec veritas in quadam visione S. Plat. It. Arsenius eremitæ, qui primò vidit hominem lignum cædendis intentum, ex quibus cum fascem conficerat, cumque in hameros attollere vellit, non poterat, sed alia de novo ligna cædere, onusque oneri addere pergebat. Rursus alterum vidit, qui magno studio ac labore aquam haurire,

I. DE R E C T E T R A D V C E N D A A D O L E S C E N T I A .

17

haurire, & in vas pertusum infundere satagebat, quæ statim tota effluiebat. Quam visionem ita interpretatus est illi Angelus, ut priores esse dicaret, qui peccata cumulant, posteriores qui humana aliquid spectantes, & opera efficiunt, quæ statim percant, & ad vitam æternam nihil valeant. Quod si qui sunt, qui pauci sunt in seculo, ita cauti, itaque in posterum prospicentes, vt in suis actionibus ad Deum referendis elaborent, tamen cùm ex actiones naturæ (uia terrena) sint, tantum eas à terra excitant, quantum studio ac contentione adhibitæ nituntur: quæ cùm in secularibus distractis, alia quæ domi & foris virginis impedientibus, cùm violenta sit, frequens esse, multò minus perpetua, non potest, ac nec diuturna: sic fit, vt facile ac brevi ad terram suo pondere relabatur. In statu vero religioso contrarium apparet.

44. Primo, quia qui quis Religiosus in perpetua viuit paupertate, castitate, & obedientia, idque voto se obligauit ad hoc, carumque virtutum actu perpetuo exercet, ac proinde ex hoc capite perpetuo meretur.

Secondo, actionibus ad Dei cultum spectantibus, pluribus, & longiore tempore se impendit & feruentius, vt est, oratio, meditatio, examina conscientia, usus Sacramentorum, & his similia, atque ita per hoc plura quam secularis, merita sibi cumulant, & parat in celo premia.

Tertio, omnes aliae occupationes externæ spirituales, validè laboriosæ & difficiles, & vires corporis atterentes, innumera merita ei adserunt, ut sunt, concionari, patare, conciones, audire confessiones, rudes fidei capita docere, bona consilia suggerere, pro vitandis malis & faciendis bonis, discordes reconciliare, in carcerem coniectos solari, infirmos visitare, solatij spiritualis & confessionis causa, per pagos discurrere ad docendos rudes, & conuertendos peccatores, hereticorum conuersioni vacare, colloquia spiritualia cum secularibus instituire, & his similia.

Dan. 1.3. Quarto, dare operam studiis ad promouendam in aliis & fidem & pietatem, docere similia alios, in scholis disputare, scribere libros pro auxilio animarum, magna etiam merita & coronas celestes conciliant, Deo futuro remuneratore, teste. Qui docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad infinitam erudiri multos, quasi stelle in perpetuas eternitatem. Et, qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno celorum. Diuinorum enim perfectionum omnium diuinissima est, Dei cooperatorem esse in reductione animarum ad creatorem, ait S. Dionysius Areopagita. Hinc S.

2.1.9. Thomas docebat, Actum ex charitate docendi & gubernandi subditos, esse perfectiorem quam actum martyrum, consideratum secundum propriam speciem actus. 114.2.3. Similia multò ante docuerat S. Ioannes Chrysostomus: Ponatur quempiam ieiunare, & martyrum comprobare a cremari, alium verò ad adficiatio-

nem proximi (quæ quætitur sola ab his, qui ex instituto docent alios, & ad virtutum studia exhortantur) martyrum differre, nec differre modò sed etiam absque martyrio discedere, vter igitur post hanc peregrinationem maior erit: Non est nobis multis in hoc loco rationibus optus, cum B. Paulus magnâ voce iam 23. protulerit, dicens: Cupio dissolui, & esse cum Christo: Melius autem mihi adhuc in carne permanere propter vos. Immò Paulus dixit ibid: esse multò melius. Et alio in loco idem sanctus dicit: Frater, quam hom. 25. uis fame conficiuntur, quamvis humi iaceant, quamvis in 1. Cor. cinerei comedant, quamvis super lachrymas madae, 10. & nihil cuicunque proficiat, (id est proficit) nihil magnum faciat. Opera enim charitatis, quæ in docendis aliis, & ad bonum trahendis, per varia ministeria, sunt magni meriti coram Deo. Ideo Reu. Ext. Christus D. dans monita beati vivendi S. Br. cap. 3. gitae: Ieiunare, inquit, in pane & aqua, sati est bonum, sed non est sumnum bonum. Sumnum autem bonum est charitas, sine qua non est salus, sine ieiunio vero panis & aqua saluari potest. Si adit perfectione dei, & discretionis, & iusta causa. Immò S. Gertrudis Virgo Ordinis S. Benedicti diuinitus edo. inf. diu. Ita est: Quod quandoquecumque aliquis scribit, vel alios piet. docet ea intentione, ut laus Dei per hoc promoueat, & profectus animarum, tunc omnis profectus, quem aliquis unquam ex illa scriptura, sive doctrina, etiam si per mille annorum millia consequitur, totaliter edat in illius salutem, quia sua intentione hoc Domino primus prelibauit. Meritò ergo scripsit S. Chrysostomus: Cuius studium est docere proximos, ut non tam in Genes. hom. 10. illi benefacit, quam sibi ipsi magnam mercédem parat, duplèque augetur lucro, dum maiorem à Deo retributionem asequitur, & dum fratrem docere agreditur, docendo interim, sibi ipsi memoriam eorum, que audiuit renouat.

Quinto, labores in Religione etiam ab eius 46. Laicis suscepit, & officia vilia ac manualia omnia, quæ obeunt, innumerous quotidie meritorum, & coronarum thesauros eis conciliant, quia hæc omnia faciunt ex obedientia & Dei amore. Obedientia enim, vt scripsit B. Catharina de Armat. Bononiensis in libello, Deo iubente conscripto, magis sine dubio est meritoria, quam vila penitentia, que posset fieri. Religiosa persona non potest pro Domino suo rem facere maiorem, siq; magis gratiam, quam dare se totam pro eo. Et si Abraham fuit iustificatus quia obediens fôlum Deo, quam d' magis iustificabitur illa creatura, que pro amore Dei submittit se ad obedientiam seruo ipsius Dei & Sancti Angelus Domini numerabat passus illius Eremita, quos faciebat iens pro aqua suis xibus seruitura, 1.5.libel. 7.nu.31. Ro(vv. pa. quantò magis numerantur Religiorum pal- 589.n.11. sus, in culina, in triclinio, alibi, quos faciunt, ut iuueni alios, & necessaria illis subministrent, qui in animabus iuandis laborant?

Immò ipsi labores manuales & officia humilia, à religiosis laicis suscepit propter famulos secularis Domiciliorum religiorum, Religiosis seruientes, sunt meritorij, & valdè ac-

B 3 cepti

cepti Deo, non tantum suscepiti propter Religiosos Clericos. Ostendit hoc Deus clarissime
1.4.c.14. S. Gertrudi Virgini, *Cum enim audiuerit illa in coguina pulsari post matutinum recitatum, id est feria*

5. illa pingui, ut vocatur ante bacchanalia, pro cibo familiæ seculari parando, & gemens dixisset: Heu me mi Domine quam manè surgunt homines ad infestandum te cibo. Ad id Dominus blande quasi subridens dixit: Noli ingemisci cere charissima, quia hi quibus modo pulsatur, non sunt de numero aliorum, qui contra me rapulâ sauvium, quia per hanc prelibationem ipsi vomantur, & inuitantur ad laborem. Unde & ego delector in eorum cibo, quemadmodum quis delectatur in refectione sui umenti, quod pabulo pascit ad ministrandum sibi. Merito ergo scripsit S. Basilius: In-

Conſt. mon. cap. 24. telligendum est, debere pietatis cultorem, vitora etiam manera magno cum studio magnâ, cum animi alacritate suscipere, scientem nibil minutum esse, quod Dei causa fiat; sed grande, & spirituale, & cingnodiis, quod eatum nobis & caelis pramia conciliat. Hoc ipsum Christus Dominus dixit S. Gertrudi &

1.3.c.69. infid. pier. promisit: In resurrectione futura, quando corpus hoc mortale induit incorruptionem, tunc singula membra humana recipient singula premia meritorum, pro singulis laboribus & exercitationibus in meo nomine & pro me amore peractis. Hinc Procuratori Clauſtri compatiens, dum oraret pro illo, ut difficultates labores, quos, saepè in negotiis monasterij perferebat; Dominus illi compensaret; Dominus respondit: Corpus illius, quod toties talibus laboribus pro me lassescit, mihi quasi quoddam thesaurum, in quo tot drachmas argenteas repono, quoties ipse aliquod membrum commouet ad necessaria sibi commissia acquirendâ; & cor ipsius est mihi quasi arca, in qua tot aureas drachmas reconditas mihi habere gaudeo: quot ipse cogitationibus instigatur, sollicitè subditus prouideret ad laudem meam.

Si ergo etiam vilia officia in Religione & labores humiles opificibus secularibus, tantos thesauros conferunt Religiosi, quem felix est iste status, qui lucum conuertit in anrum faciliori alchymia, & tali, quam nequum humana ingenia, factio magno sumptu intunere potuerunt, pro ditandis thesauris Regum.

47. *Sexto, ipsa refectio corporis in Religione, per cibum, potum, quietem à laboribus mentis & corporis, somnum, medicinas preseruatores, vel curatrices, vel corroboratores adhibitas; patit merita & coronas præparat in celo; quia haec omnia Religiosi ex obedientia suorum Superiorum, propter Deum adhident, quod seculares proprio arbitratu ob finem naturalem vibrant, ac proinde supernaturalia merita ac præmia non acquirunt. & eam sint obruti secularibus impedimentis, & negotiis affiduis rei familiaris, ac distractionibus terrenis perpetuis, quas nullo modo in suo statu deserere possunt, non possunt ita habere animum collectum, ut corporis refectiōnem dirigant ad supernaturalem finem, saltem nec tam sapere, nec tam fer-*

uenter, ut Religiosi. Ideoque hi plures & maiores meritorum & præmiorum coelestium thesauros sibi conciliant. Hinc Christus D. dicit S. Brigitte: *Quid times: etiam si decies comederes in die propter obedientiam, non tibi imputabitur in peccatum. Sed obedientia omnes introducitur ad gloriam.*

1.6.Reu. libt. 4. Eralio in loco Beatissima Virgo Maria S. Brigittæ dixit: Ecce si videris duos homines, alius est sub obedientia, alius in liberta potestate. Si ille, qui liber est ieiunat, simplicem habebit mercedem; si autem ille, qui sub obedientia comedit illo die ieiunij carnes, secundum institutionem regulæ, & propter obedientiam, attamen libenter ieiunaret, si non obfisteret obedientiam, ipse habebit mercedem duplum, unam propter obedientiam,

*(ex qua carnes comedit) aliam propter dilationem desiderij sui (ad ieiunandum propendens) & non impletione voluntatis sue. Clarius hoc docuit ipse Dominus S. Gertrudem Monialem Ordini S. Benedicti: *Quicunque studierit singula comoda sua in bibendo, comedendo, dormiendo, & similibus (qua ex naturâ cogitare suscipere) ea sumere intentione, ut disat corde, vel ore; Domine hunc cibum, vel aliud quodcumque suscipio in illo amore; quo tu ipsum eundem sanctificabis, cum in tua SS. Humanitate, consimili veteris ad laudem Dei Patris, & salutem totius generis humani; orans ut in unione Diuini amoris tui cedas in augmentum solatij omnibus celestibus, terrestribus, & purgandis, ille singulis vicibus, (quibus tali intentione aliquod corporis suscipio comodum) pretendit coram me quasi scutum quoddam firmissimum, quo contra diversas molestias, quibus mundanus infestor, quasi protectus defendat. Et alibi scribitur in eodem libro, Hermannum laicum existentem in purgatorio, apparuisse & dixisse, inter alia leuamina penarum purgatorij fuisse, etiam hoc, quando intercessores eius omne omne agabant per bonam intentionem dirigebant ad laudem Dei, ut est laborare, & etiam comedere, & dormire, & similia. Hæc sunt verba formalia in illo libro (ut ibidem scribitur) ab ipso Domino approbatæ & laudato, & rubente ut vulgaretur pro nostra instructione. Hoc autem nequam fieri posset, nisi talia corporis commoda in religione (de qua ibi loquitur Christus D.) essent meritaria. Merito ergo S. Anselmus cuidam Religioso querelam deponenti, quod a suis Superiорibus, temporalibus curis implicaretur, quas ipse ut vitaret, secularem statum deseruerat; ita respondit: *Omnis hominum vita simillima est rotæ frumentaria, qua nunquam moueri, & versari desinet, sed interest inter homines, qui eam curant. Alij enim sic farinam desuentem negligunt, ut rotæ in flumen delapsa pereant. Alij parum seruante, parum negligentiâ perdunt. Alij denum subiecto sacco totam excipiunt. Ex primo genere sunt iij seculares, qui nunquam mentem ac cogitationem ad eternam erigunt, intenti caducis, & terrenis. Ex secundo sunt, qui licet in seculo degant, aliqua tamen bona ac selutaria peragunt, elemosynas tribuant, frequentes sunt in templo, agrotos visitant. Atque iij pro operum mensurâ tan-***

liba de perfecto cap. 36

piet.

1.4.c.15. Ordin.

infid. 3.c.64.l.

4.c.56.l.s.

c.35.36.

49.

1.5.c.15.

1.2.c.10.l.

3.c.64.l.

4.c.56.l.s.

c.35.36.

50.

51.

52.

53.

54.

55.

56.

57.

58.

59.

60.

61.

62.

63.

64.

65.

66.

67.

68.

69.

70.

71.

72.

73.

74.

75.

76.

77.

78.

79.

80.

81.

82.

83.

84.

85.

86.

87.

88.

89.

90.

91.

92.

93.

94.

95.

96.

97.

98.

99.

100.

101.

102.

103.

104.

105.

106.

107.

108.

109.

110.

111.

112.

113.

114.

115.

116.

117.

118.

119.

120.

121.

122.

123.

124.

125.

126.

127.

128.

129.

130.

131.

132.

133.

134.

135.

136.

137.

138.

139.

140.

141.

142.

143.

144.

145.

146.

147.

148.

149.

150.

151.

152.

153.

154.

155.

156.

157.

158.

159.

160.

161.

162.

163.

164.

165.

166.

167.

168.

169.

170.

171.

172.

173.

174.

175.

176.

177.

178.

179.

180.

181.

182.

183.

184.

185.

186.

187.

188.

189.

190.

191.

192.

193.

194.

195.

196.

197.

198.

199.

200.

201.

202.

203.

204.

205.

206.

207.

208.

209.

210.

211.

212.

213.

214.

215.

216.

217.

218.

219.

220.

221.

222.

223.

224.

225.

226.

227.

228.

229.

230.

231.

232.

233.

234.

235.

236.

237.

238.

239.

240.

241.

242.

243.

244.

245.

<

tundem premij accipient. Ultimi sunt Religiosi, qui quoniam ex Superiorum suorum iussu, eiusmodi rebus implicantur, quoniam temporale sit quod agunt; nihil tamen eis de suo labore deperit, quin etiam licet negotiis id exigentibus quidam cogantur, vel propter communem disciplinam agere, vel de communis disciplina remittere, hac tamen omnia Obedientie virtus compensat, eaque farinam totam defluentem, defluente ac parum ita colligit, & recondit, ut ad illos in omnem eternitatem alendos sufficiat.

Cum ergo in statu religioso omnia prorsus Religiosi opera sint meritoria, quolibet die Religiosi iuxta suam regulam pie viuens, infinitos quodammodo congregat meritorum thesauros, & innumerabiles sibi parat in coelesti regno coronas, post mortem a iusto Iudice tradendas. Quae felicitas Religiosi ut magis apparet, declarabo eam pulchro exemplo, quo certain Theologorum doctrinam noster P. Ioannes Crombecius declarat de incredibili augmento meritorum, quod habet iustus quilibet, unum tantum actum virtutis eliciens sapientiam. Et hinc cognoscetur, quantum mereatur diligens & seruens Religiosus, si omnia eius opera meritoria fiant. In omni opere, inquit, charitatis, aut amoris Dei super omnia, tot gradus gratiae accrescent, quot actus continebat, etiam si idem non emineret supra totam perfectionem habitus: quod si ex plenitudine habitus quicquam operetur, tantum excrescit, quantum actus fuerit: ut si actionis fervor decem gradus continebat, addentur alii decem, & habita intenderet, ut viginti: Si rursus eliciat actum ex tota latitudine virtutis, accessio fiet aliorum viginti, sic habitus quadragesima continet; deinde octoginta, & sic deinceps multiplicando. Hinc vere dicitur B. Virginem, tamum diuitiarum spiritualium, qui non minus quam ea concupiscit, quam pecunia peritura sitibundus helluo. Si enim vel trigesies progressus fuerit in huiusmodi additione, quam putas summa collegerit vel anni diei spatio: dici potest, vix credi potest.

Anno CIO. ID. XCVIII. Vice praesidi castri Ballo-niensis mihi familiari, quidam equum mediocrem vendidit, quem lictoribus obtulit precio vniuersi grani frumenti, tories duplicitate, quor in equi pedibus clavi erant, in singulis reperi octo, in vniuersum triginta duo, primo clavo attributum est granum vnum, secundo duo, tertio, quatuor, quarto, octo, quinto, exdecim, & sic deinceps numerus paulo maioribus impleta est, infra quatuor mesura granis numeratio, que pluribus vici-bus replete duodecimam partem modij magni, quem vix sex robusti homines ferre possent. Numerus trigesimus secundus & ultimus erat, duo millia centum quadra-ginta septem millions, quadringenta octoginta tria milia, sexcenta quadraginta octo grana, que in mensura Duacensi conficiunt quadringenta triginta tria

millia, ducentas octoginta quinque cuppas quas vocant: quarum quatuor conficiunt vnam rateriam, que horum sufficienter onerat. Raseria vero ex his conflantur mille ducenta triginta nouem, qua totidem ducatis facile estimantur. Care equum vendidit: ne sciebat emperor alterius industria, deceptus est. Et vere nescimus precium rei, quam Deo vendimus: nihilominus Deus gaudet decipi a nobis. Quod promisit, quod pactus est libenter persoluet, nec vel vnam granum subtrahet. Si mercatoribus tales sepi oportunitates obtingerent, putasse vel vnam pretermittere nequaquam. Ad Indos tot maris tempestibus & procellis insanis periculis obnoxij peruidant: spe mercum variarum comparandarum, quas simili periculo reuehunc, & sepe frustrati nauim, vitamq, naufragio amittunt. Quid facerent si Romam tantum usq, esset eundum, si Parisios si Bruxellenses? At in hac negociatione spirituali, non est opus transfretare maria, sed in eodem regno manendo, & domi facere, que facienda sunt ex prescripto diuinarum & humanarum legum, &, si te Deus vocat ad perfectionem, exequi eius voluntatem sine mora. Interim domi manendo, si duplificemus quotidie quinquaginta annis sexaginta actus intensissimos charitatis eliendo, quem numerum putas conficiendum? P. Christopherus Clavius demonstrat in cap. I. ostendit, numerum quem ponit quadragesima duarum cifrarum tantum, longe maiorem esse numero arenularum, totum S. Bosco mandatum usque ad concavum firmamentum repletum, sub fine. etiam si arenule tam exiguae essent, ut decem milii efficerent tantum sphæram granum papaveris aqualem. Crescunt enim numeri facile, additionibus, & una circa multos millions potest efficiere. Animus nostra infinitorum graduum gratiae, & perfectionis capax est, sine mensurâ augeri potest, dolebimus certò cum ad vitam eternam intrandum erit, nostramq, incusabimur cordiam, quod occasione augendi nostri peculij negligemus. Mirabimur nos tot gradibus à divina perfectione abesse: tot Beatos nos procedere, subsequi tam paucos. Verè filii huius seculi prudentiores filii lucis in generatione sua sunt. Quot artificis, quot industriis vivunt ad augendas opes, ad rem suam promouendam?

Si ergo mundani homines ad cumulandas opes exponunt corpus, & tēpē animam innumeris periculis, ut acquirant ea, quæ moriendo coguntur in hac vita relinquere, an non debent saltem, eo conatu & studio opes, nunquam interitur, & post hanc vitam duraturas, per totam æternitatem congregare? cum ergo id facilius & certius & securius facere possint in statu religioso, gratias Deo agant, qui ad illum vocantur, & sine mora illum amplectantur, ut quantocumque sint tantorum bonorum participes. Deinde cum merita hominum iustorum augeantur, non tantum per ipsa opera bona, quæ faciunt, sed etiam propter bonitatem personæ operantis, ita ut idem opus æquale, in bonitate operis spectati secundum se, magis sit meritorum, si fiat ab homine meliore, seu sanctiore, ac proinde magis accepto Deo, quam si fiat ab

B 4 altero

1.2. q. 95. altero minus. Deo grato, vt. Theologi docent
 2.4. & q. eum. S. Thoma, cum Religiosi ex parte sua tot
 114. a. 2. titulos habeant & eas, ob quas sunt magis
 ad 2. & i. Deo grati quam seculares (vt paulo ante vidi-
 2. d. 29. q. mas) ceteris paribus, opera eorum sunt magis
 1. a. 4. Va- meritoria, ac proinde plures thesauros, & ma-
 lent. ro. 2. jores meritorum & coronarum luerantur Re-
 d. 8. q. 6. ligiosi in Religione, quam seculares etiam boni
 1. 14. a. 2. in seculo. Præterea cum singula & omnia ope-
 ad 2. & i. ra libera, qua quotidie faciunt, sunt meritoria
 2. d. 29. q. ob causas paulo ante allatas, quotidie innume-
 1. a. 4. Va- rabi, congregant thesauros, & perpetuo di-
 lent. ro. 2. tescunt per spiritualia merita. Quod vt intelligant qui Theologis studiis non vacarunt, no-
 d. 8. q. 6. tanda est doctrina S. Bonaventura, ab aliis etiam
 1. 14. a. 2. Iam Theologis tradita, & relata à Plato: Non esse
 2. d. 4. a. 1. necessarium ad meritum (etli securius & certius
 q. 3. Plat. sit, prius aliorum Theologorum bonorum
 1. 1. c. 3. sententiam) vt opera acti referantur in Deum, sed
 Scot. Dur. sufficere, vt habitu referantur. Habitum autem referri,
 Gabt. Pal. non eo, quod anima caritate sit, prædicta, (hoc est in
 Alma, A- gratia Dei existat, quod satis esse ait. Vasquez, &
 lex. Tan- alij quidam magni Theologi) non enim hoc satis
 ner. esse; sed quia in exordio illius operis vel alterius ex quo
 52. illud consequatur, id rite Deo oblatum & dicatum sit.
 Declarat id exemplum. Si cui propositum est centum
 drachmas Dei causa elargiri, etiam si deinde in singulis
 largiendo nullam deo cogitationem habeat, non id-
 eo sit vt omnes illae drachme, non sint bene & fructuo-
 se collectae, quod tamen esset necesse, si nonum aliquod
 opus alterius generi imboarentur; tunc enim renouanda
 atque iteranda esset illa voluntas, facienda id quoque
 ad Dei obsequium. Ex quibus deinde conficit Doctor il-
 le, hoc idem valere in Religiosis, qui initio se deaque-
 runt ad serendum. Religiosi pondus; quidquid enim
 deinceps faciunt, quod sua disciplina limitibus con-
 necatur, conferre ad meritum, idque ex prima illius vo-
 luntatis impulsu ac vi, nisi forte eius voluntatis cursus
 contraria deliberatione interrupitur fuerit, quod qui-
 dem nemo facit, nisi perditus. Hæc S. Bonau-
 ventura.

Sanè si nihil aliud esset, cum Religiosus omnia, quæ facit, faciat ex obedientia ob Dei amo-
 rem suscepit, & perpetuo in talibus operibus in Religione occupetur, quotidie vel viuâ voce
 Superioris, vel reguli scriptis, vel sono campan-
 nula domesticæ ad ea vocatus, perpetuo facit
 opera meritoria. Obedientia & amoris Dei a-
 ctibus id præstantibus: deinde cum etiam ipsa
 opera, sicut opera alicuius virtutis, vii sunt officia
 utilia ad humilitatem spectantia, & opera chari-
 tatis erga proximum, vii sunt ea que sunt in
 beneficium aliorum domi in culina, triclinio,
 foris, in scholis, apud infirmos, apud incaercera-
 tos, etiam ex his capitibus nouum crescit meri-
 tum. Præterea actus interni, quos Religiosi eli-
 ciant, dum operibus exteris vacant, noua me-
 rita cumulant. Et hac ratione innumera quoti-
 die lucra spiritalia meritorum, & coronarum
 congregant. Felicissimus est ergo status religio-
 sus tam feras innumerabilium thesaurorum.

Quocirca cum status Religiosus adeò eniat
 homines ad virtutum ac meritorum fastigia al-
 tissima, merito à S. Isidoro Pelusiota appellatur l. ep. 13.
 Ars virtutum.

CAPVT SEXTVM.

Octo causa magnificiendi statum religio-
 sum à S. Bernardo allata, scilicet, quia
 homo in Religione vivit purius, cedit
 rariis, surgit velociter, incedit cautius,
 irroratur frequenter, quiete sit securius,
 moritur confidentius, purgatur citius,
 remuneratur copiosius. Præterea, quia
 Deus per adversitates compellit aliquos
 ad statum religiosum, & quia in eo
 preclarum offertur Deo sacrificium.

Explicemus singula, & probemus, vt melius
 Eagnoscatur felicitas status Religiosorum. 70.
 Primo, In Religione homo vivit purius, & cedit homi de-
 rariis, tres ob causas. 1. quia non habet praæ-
 quenta ux ampla quibus mouetur ad peccandum, margari-
 Proclivis est autem malorum imitatio, ait S. Hiero-
 nimus: & quoram virtutes esse quæ nequeas, cirdi ini-
 maturis virtutis. Sed, si etiam sine exemplis, mala homines
 per se facile inueniuntur, inquit S. Chrysostomus, lib. 1. de
 quid non facturi existimetur, si plurimorum exem-
 pli ad perniciosos actus inveniuntur. In seculari autem
 statu ubique esse pessimas res, exempla ante o-
 culos semper polita, solus ille negare potest, qui
 est cæcus & surdus. Talis enim est nunc seculi
 status, qualiter suo tempore fuisse ait S. Maca-
 rius. Ecce, inquit, mundus, vniuersus obambulat in homi-
 terra, & negotiatur, sed nihil cogitat quod Deo sit
 gratum. Tamquam si essent diversoria & lapanaria,
 aut loca similia, in quibus multa inordinate & im-
 temperanter committi solent. Amici autem Dei, que-
 admodum Beatissima Virgo Maria dixit S. Bri-
 gitte pauci sunt: Ideo dole. Et Christus D. iubet dici cap. 24.
 à S. Brigitta cuidam Archiepiscopo. Ab omnibus Extr. Re-
 neglectus sum, ab omnibus expulsi sum, quia nemo me uel. c. 51.
 in sua dilectione habere desiderat. Antiqua est ista
 Dei querela. Hinc per Osseam Prophetam Deus
 conqueritur: Non est veritas, & non est misericordia:
 & non est scientia Dei in terra, maledictum, & men-
 dacium, & furtum, & adulterium inundauerunt, &
 sanguis sanguinem tergit.

Quocirca Jacobus Apostolus qui has mundi 1.2. Rec.
 coinquationes videbat, volebat hominem 27.
 quemuis, immaculatum se custodiare ab hoc seculo:
 quem locum explicans S. Thomas hos pios ver-
 fusi attulit:

Mundus non mundus, qui mundos polluit ergo
 Qui manet in mundo, quomodo mundus erit?
 Hinc S. Augustinus: Si delectat te mundus, semper tra. 3. ia.
 vis esse immundus. Ideo Nazianzenus mundum Ioh.
 VOCAT,